



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Antisisiodorensi Et Aurelianensi Episcopis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

PHILIPPO ILLVSTRI  
Regi Francorum.

Epiſt. 108.  
De negotio E-  
pilcopiū Au-  
relianensis &  
Antisiodorensis  
Vide ſuprā epiſt.  
39. &c. infra  
epiſt. 123.

**D**e prudentia Senonensis Archiepifcopi non poſſumus non mirari, qui poit appellationem ad nos legitimè interpoſitam, & contra nostri formam manda-  
ti, perversè proceſſit in cauſa quam ad pe-  
titionem tuam ſibi duximus committē-  
diam, ſuper relaxanda ſententia interdicti  
quod in terram tuam venerabiles fratres  
noſtri Antisiodorensis & Aurelianensis E-  
pifcopi protulerunt, ſi tu eis illud offerres  
quod eſſet meritō acceptandum, & licet  
ipſi juſſerimus ut, ſi fieri poſter, poſt poſto  
utrinque judicio ad amicabilem compoſitione-  
nem intenderet, ipſe tamen, turbato nego-  
tiopiuſ quām ſedato, nec compoſitionē  
facere ſtuduit nec judicium exercere. Vnde  
niſi tua voluſiſſimus ſerenitati deferre, ta-  
liter eum corripare curaſſemus quōd ejus  
profeſſo non remanifteſſet impunitus excef-  
ſus. Quod igitur eſt ab eo inordinatē pre-  
ſumptum non potuimus conſirmare, cūm  
ipſo jure ſit irritum & inane, ſed, ſicut  
celfitudinem tuam ſepe rogauiſmus, ita  
nunc quoque rogauiſmus, pro magno dono  
perentes quatinus pacem Eccleſie in tuo  
regno conſerves, hoc maximē tempore  
quo ipſa in aliis multis regnis niſiū per-  
turbatur, ita quōd dictis Epifcopis reſtitu-  
tis, & interdicti ſententia relaxata, niſi hoc  
nobis velis ex toto donare, in curia tua de  
ipſo negotio ſecundūm approbatam con-  
ſuetudinem cognoscatur; cūmque alii  
oporteat te intendere quād ad tuum magis  
reſpiciunt commodum & honorem, expe-  
diās te ab iſis quād modicum tibi afferunt  
utilitatis & laudis, nec injuriosum reputes,  
ſed potiū glorioſum, prudenter corrigeſ  
ſi quid improvidē ſtatuiſti, quia non vivit  
homo ſub celo qui aliquando non exce-  
dat. Datum Laterani v. Idus Iunij, pon-  
tificatus noſtri anno quinto decimo.

ANTISIſI O DORENSI ET  
Aurelianensi Epifcopis.

Epiſt. 109.  
Super codem.

**L**icet proceſſum Archiepifcopi Seno-  
nenſis propter ordinem non ſervatum  
duixerimus irriſandum, fraternitati tamen  
veſtrā conſulimus bona fide quatinus cum  
cariſſimo in Christo filio noſtro Philippo  
Rege Francorum illuſtri quanto melius po-  
teritis componere ſtudeatis, quoniam ar-  
cus qui ſemper eſt tensus, vires amittit, ni-  
fi aliquotiens extendatur; & nonnunquam  
Reges & Principes melius vincuntur man-  
ſuetudine quād rigore. Nos enim media-

toris fungentes officio, ſicut illum, ſic &  
voſ moniti & exhortationibus ad amica-  
bilem debemus concordiam invitatę, quam  
utrique parti credimus expedire. Datum  
Laterani v. Idus Iunij, pontificatus noſtri  
anno decimo quinto.

BAIOCENSI ET CONSTANTIENSI  
Epifcopis, & Abbatu de Perſenia.

**C**Ontra Praefulem & Priorem Eccleſie  
Sagienſis tot & tanta ſunt auribus no-  
ſtris enormia inculcata ut ulterius non poſ-  
ſimus diſſimulare clamores qui ad nos de cetera fa-  
ſuis perversis actibus pervenerunt, cūm fa-  
non ſolum inutiles, verū etiam pernicioſi  
eſſe dicantur. Ne igitur ſanguis eorum de  
noſtriſ manib⁹ requiratur ſi eos in ſuis di-  
xerimus perversitatibus tolerandos, diſcre-  
tione veſtrę per apostolica ſcripta preci-  
piendo mandamus quatinus inquifta ple-  
niū & cognita veritate, ſi tales eos eſſe  
noveritis, a ſuis eos removeatis officiis, &  
eis viros faciatis idoneos ſubrogari. Quod  
ſi non omnes &c. duo veſtrum ſublati cu-  
juſlibet contradictionis & appellationis ob-  
ſtaculo exequantur. Datum Laterani v.  
Idus Iunij, pontificatus noſtri anno deci-  
mo quinto.

BERNARDO ABBATI  
monaſterij ſancti Petri Pſalmodiensis, eſ-  
que fratrib⁹ tam praefentibus quam fuū  
regularē vitā profiſſi in perpetuum.

**Q**Voniam ex commiſſo nobis divini-  
tus apofolatus officio tam vicinis De con-  
exitinus quād longē poſtis debitores  
viris quidem religioſis tanto ſpecialiū adel-  
ſe nos convenit quanto ipſi majori deſide-  
rant quiete potiri, & apofolica ſedi pri-  
ſidio noſcuntur plenius indigere. Eapropter  
dilecti in Domino filij, veſtris juſti po-  
ſtulationibus clementer annuiuſmus, & pri-  
ſatum monaſterium ſancti Petri Pſalmodi-  
ensis, in quo divino mancipati eſtiſ ob-  
ſequio, ad exemplar felicis recordationis  
Stephani, Iohannis, Urbani, Paſchalis,  
Honori, & Innocentij praedecessorū no-  
ſtrorum Romanorum Pontificum ſub bea-  
ti Petri & noſtra protectione luſcipimus &  
praefentiſ ſcripti privilegio communimus.  
In primis ſiquidem ſtatuentes ut ordo mo-  
naſticus, qui ſecundūm Deum & beati Be-  
nedicti regulam &c. uſque inviolabiliter ob-  
ſerueretur. Præterea quacunq; poſſeſſio-  
nes &c. uſque illibata permaneant, in qui-  
bus haec &c. uſque vocabulis. Locum ipum  
&c. uſque pertinentiis ſuis. In pago Ne-  
maufensi, in villa Cornelianica, Eccleſiam  
ſancti